

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Temperancia e
cum fonte primo

Temperancia facit
abstinentem, parcum, sobrium,
moderatum, pudicum, tacitum et
uerecundum. Hec uirtus, si in animo
habitat, libidines frenat, affectus
temperat, desideria sancta multiplicat,
uiciosa castigat, omnia intra nos confusa
ordinat, cogitationes
prauas remouet, sanctas inserit, ignem
libidinose uoluptatis extinguit,

mentem placida tranquillitate componit,
et totam ab omni semper
tempestate uiciorum defendit.

Prosper libro III. de uita contemplatiua.

Temperantia temperantem facit,
abstinentem, parcum, sobrium,
moderatum, pudicum, tacitum, serium,
uerecundum. Haec uirtus si in animo
habitat libidines frenat, affectus
temperat, desideria sancta multiplicat,
uiciosa castigat, omnia intra nos confusa
ordinat, ordinata corroborat, cogitationes
prauas remouet, inserit sanctas, ignem
libidinosae uoluptatis extinguit, animi
teporem desiderio futurae
remunerationis accendit,
mentem placida tranquillitate componit,
et totam semper ab omni
uiciorum tempestate defendit.

Iulianus Pomerius, *De uita
contemplatiua*, 3, 19, 1 (PL 59,
col.502B).